

ste quoque utimur ipsa conscientia, ubi tua est sollicitudo continua. Interiorem pupillam nunc tanta terrarum spatiositate, nunc tot retundunt opposita, quia amicam meam, sororem meam, sponsam meam, columbam meam, diligentiori cura circumspiciam, et undique munitam faciam. Concessum est nobis divinitus non ex nostris meritis, ut jam diximus, jus illud apostolicum, quod et caelis imperat et terris; unde dignum duximus et accommodum decrevimus ut de profectu nostro tu quoque proficias, et inde tibi amplius consulatur unde ipsa potestas nobis ampliatur. Piae recordationis dominus H. imperator Augustus te fundavit, te erexit, te et in altum culmen evexit: quo supplice, inexpugnabili muro et propugnaculis apostolici muniminis adversus omnes impias manus prevalentes bene circumvallata es per prædecessores nostro Joannem scilicet XIV papam, et Benedictum. Quod et idem nos facere cupientes ut triplici tuitione circumcincta per virtutem S. Trinitatis nihil unquam paveas læsionis, nihil unquam ab aliquo molestationis, secunda semper et quæta maneat in filiis et filiabus tuis, semper Deo devote serviens, devote obediens, statuimus per hoc nostrum apostolicum privilegium, ut de bonis illis omnibus quæ tibi sponsa charissima virgo castissima, Ecclesia speciosissima Babenberc, summa liberalitas ejusdem orthodoxi imperatoris de summa devotione procedens pio affectu contulit, et nomine tenus illa per concambium convenientissimum, et acceptissimum a Wirzeburgensi et Egistetensi episcopo canonico et rationabili judicio permutavit, vel quorumcunque post eum fidelium religiosa pietas obtulit et oblatura est usque in perpetuum, sive sunt mobilia, sive immobilia, nullus imperator, nullus rex, dux, marchio, vicecomes, et præterea non archiepiscopus, non episcopus, non abbas, nec ulla hominum persona audeat, tentet, præsumat, quidquam vel violentia, vel fraude, vel furto detrahere, minuere, mutilare. Quod si quis diabolico in-

A stinctu pulsatus crudeli temeritate admittere non perhorruerit, et admissum potius emendare neglexerit, hujusmodi hominem quicumque de communionem sacrosancti sanguinis et corporis D. N. J. C. et a participio totius Christianitatis non solum excludimus, sed et propulsamus. Quin et apostolici anathematis acutissima lancea eum transverberamus, ut pro male factis male perditus mortem gemat æternam, associatus in gehenna inferioris inferni dæmonum principi mortis inventori, et Judæ sacrilego et proditori, undique circumcinctum draconibus tartareis in ultionem sævientibus, nec in ultimo tremendi Dei judicio ad vitam resurgat, sed crudelissimum corpus resumens duplici contritione conteratur, infelicissimo et miserrimo vivendi genere mortem quærens et non inveniens. B Qui vero pio intuitu proprias manus ab hujusmodi temeritate subtraxerit, etsi ita res exegerit, adversum omnes iusurgentes, et quidquam auferre conantes ea bona defenderit ad tuum tuorumque opus, sanctissima Babenberc, illa scilicet, ut prædictum est, quæ tibi collata sunt vel de cætero in æternum tibi conferenda sunt; talis ab illo benedicatur qui super cherubim sedet et gloriatur, pro eo quod hoc nostræ auctoritalis privilegium studuit observare illæsum, suoque robore solidatur; quod nimirum consilio et voluntate nec non alacri promptoque animo clarissimi filii nostri jam superius memorati domni H. imperatoris Augusti de nostra apostolica sede tibi transmisimus eidem gratulari. Etenim ut te plantavit conditor tuus ille primus H. Cæsar Augustus. sic est hic secundus vestigia ejus sequens, C ut pari nomine parique dignitate, sic pari devotione te rigavit, tibi incrementum dedit, et adhuc dum usque vixerit Deo miserante et inspirante dabit. In quo te, dulcissima sponsa, optamus in sæcula sæculorum crescere, pollere, vigere, dicentes bene valete.

ANNO DOMINI MXLVII.

OLIVA

AUSONENSIS sive VICENSIS EPISCOPUS

NOTITIA HISTORICA.

(Apud Antonium, *Bibliotheca Hispana vetus*, tom. II, pag. 5.)

Oliva. Olive Cabretæ Bisuldunensis comitis filius, a Rivipullensi monacho ejusque et Cuxanensis monasterii abbate, Ausonensis sive Viceusis ab anno Christi 1017 episcopus. Ejus præclara gesta a cl. Florezio (qui extremus omnium ejus labor fuit) in ordinem redacta vulgavit ab ejus morte cl. Hispaniæ sacræ continuator Fr. Emmanuel Risco tom. XXVIII, a pag. 422. Scripta autem nonnulla exhibet in ejusdem tomi Appen-

dico X, a pag. 265 : nimirum I. *Sermonem in natali S. Narcissi episcopi et martyris*; cui subditio *conversionis beatæ Alfræ*; II. *Epistolam ad Gaucelinum archiepiscopum Bituricensem*, pag. 275 *ad monachos Rivipullenses, circa ann. 1023*, a Petro de Marca e Cataloniæ tabulariis eruta ac prius gata; necnon; IV. *Ecclesiæ Vicensis sine Ausonensis consecrationem anno 1038*; V. *Synodica Narbonensis adversus sacrarum rerum invasores*; VI. *Epistolam ad Sanctum Navarræ regem (i. Majorem) anno 1023 directam, de incesto conjugio vitando*, e sancti Joannis Pinnatensis tabula pag. 275. Quibus addi posset e Galliarum regis bibliotheca tom. III, pag. 343, col. 2, cod. 2858 *stola Olivæ ad Sancium regem Ibericum, qua eum hortatur ut aliquid de suo conferat ad ecclesiam Rivipullensem*; nec non : VII. *De Paschali cyclo et computo ecclesiastico*, ex eadem regis theca tom. IV, pag. 364, col. 1, cod. 7476 : quo de opere frustra Baluzius, atque ex eo cl. Florin XXVIII, pag. 139, n. 59, subdubitant, num alius Olivæ Rivipullensis item monachi sit, cum nomen scriptorem norint bibliographi.

OLIVÆ SCRIPTA

(Apud Florez. *Espana sagrada*, tom. XXVIII, pag. 265.)

I

SERMO IN NATALI SANCTI NARCISSI EPISCOPI

CONFESSORIS ET MARTYRIS CHRISTI.

Quia hodie, fratres charissimi, festivitas almi A confessoris Narcissi et martyris Christi annua decur- sione revolvitur, gaudeamus. Hodie namque *justus in domo Domini plantatus*, qui, sicut palma flores in excelsum protulit, maturos in aulam regiam fructus exhibuit. Hodie stola, quam in sanguinem Agni sæpe abluerat, indutus, atque dignitate sacerdotii infulatus, et martyriali laurea coronatus, et roseo sui sanguinis rubore perfusus, cæli palatium ingressus, cælesti Imperatori fortissimus miles gloriose est præsentatus. Hodie domum senatoriam introivit, et a Christo vero Rege complexus in ordine suo collocari promeruit. Et ideo *exultent justi in Domino, quoniam rectos decet collandatio*; dicantque justo : quoniam bene, quoniam fructum ad inventionum suarum manducabit. Gaude et tu nimium, Felix; et lætare, Gerunda, quoniam speciale promeruisti munus, quod nulla circa te commanens civitas potuit habere, vel locus. Tibi namque Africa fidei calore repletum, Deo disponente, Felicem direxit sanctissimum, qui Barchinonem docendo et Christi fidem atque culturam direxit, et prædicando impurias ab errore dæmonum liberavit; viam veritatis ignorantibus demonstravit, atque se evangelizans cum triumpho martyrii in te gloriosa morte quievit. Tibi quoque verus Oriens atque Sol justitiæ Narcissum florem paradisi et luciferum adventus sui præconem direxit, qui diversas illustrando provincias, atque provocando animas ad penitentiam, diabolica fraude deceptas, dum te sua prædicatione doceret, suisque sanctissimis orationibus foveret, in te venerabilis martyr existens cum consortibus propriis in libro C vitæ conscriptis in perpetuum præmuniret. Sed, o beate Narcisse, flos paradisi, atque in omni loco per-

manens bonus odor Christi, quibus te lat tollemus? Fidemne prius an virtutes? Sed fidem, quoniam sine ipsa, quæ te servavit, galeaque salutis protexit, et gladio spiritus scilicet Dei, prærunivit, nusquam qui placere valebit. De virtutibus autem, et gratia Christi ornavit, pauca de multis quod cæpimus, exsequemur. Igitur eo tempore Augustam civitatem transitum habebis, ibi gesseris, qualiter ibi docueris, testis sanctitas non indiget; quoniam repleta ei prædicationibus, et munita tuis sanctis orationibus, hactenus sacerdotes a te constitutos et ostendit. Ibi denique data lupanaribus, et generibus pollutionum nefandissimæ Ventricibus, et in hospitium suscipientes tuamque tatem diutissime intuentes, et claritatem luminis in te cælitus emissam conspiciente nostri Jesu Christi verissimæ per te merue cultrices. Ipse nimirum eas de faucibus anconis eripuisti, easque suo Creatori puris sordibus mentis et corporis consecrasti; immatas tua sanctissima prædicatione inter martyrum cum corona martyrii mirabiliter existi. Ipsum etiam draconem inimicum gemini repletus Christi sapientia sapientissimè clusisti, ut nisi draco draconem suum inamicum, ipse ruinam passus profundissimè rueret in abyssam. Aquas interea Galliarum, quas ne ad usum proficerent hominibus infecerat inimicus, tua dulcis orationem vertes humanis usibus aptas exhibuit nullatenus te deserebat gratia Christi; sed illuminans inflammabat, ubique protegens